



Adoptione ^{A.} 2.	Beneficio inventarii ^{B.} . . . 36.
Alimentis 10.	
Actione in rem Publiciana . 15.	
d. l. Aquilia et Actionibus Noxali- bus 18.	
Actionibus Commodati, pignoratit- is, exercitoria aliisque contractuum 24.	
d. Praescriptis verbis et in fa- ctum actionibus 30.	
Adquirendo rerum Dominio . 31.	
Anomalis Successionibus . 34.	

Competente foro	3.
Citatione	4.
Calumniatoribus	10.
d. Communi dividundo iudicio	19.
Conditione ex promittuo	22.
Conditionibus ex L et Titularia, de eo, quod certo loco et Pecunia Constitutata	23.
Commodati actione	24.
Compensationibus	25.
Curatela et Tutela	37.

Dilationibus	5.
Defensoribus et Procuratoribus	9.
Deposito et sequestratione	26.
Divisione rerum et acquirendo earum Dominio	31.
Deliberandi jure	36.

E

Exceptione non Numerate pecu- niae	20.
Executoria actione	24.
Emptione et Venditione	28.
Emphyteusi	29.

F

Foro competente	3.
Feris	5.
Finium regund. et familia ereciscun- da iudicis	19.
Actionibus in Factum	30.
Fideiussoribus	32.
Feudalis Juris quaestiones	35.

G.

^{H.}
Hereditatis petitione ----- 14.
Habitatione servit. psonali. 16.

3.
3.
3.
Ju
d.
In
Ju
In
Ju
e.
Ju
Ju
Ju
Ju
Ju

14.	d. Iustitia et Iure	1.	Legitimatione	2.
16.	d. Iure personarum	2.	Libellis	4.
	d. Iurisdictione omnium iudicū	3.	Leye Aquilia	18.
	Judicialibus satisfationibz	5.	Locatione Conductione	29.
	d. his qui notantur infamia	8.		
	In Integram restitutionibus	11.		
	Judicijs eorum ordinario processu	12.		
	Inofficioso testamento	13.		
	Judicijs mixtis s. duplicibus famil. exise. fin. regund. et comuni dno	19.		
	Iureiurando	21.		
	Iure retractuum	33.		
	Iuris feudalis questiones	35.		
	Iure deliberandi	36.		
	Inventarii beneficio	36.		



M.
I. tribus Mixtis actionibus finium re-
quid. fam. ercifo. et communi
dividundo 19.
I. Mubis et Macedonians Scto. 20.
I. Mandato 27.

N.
Negotius gestis 19.
Noxalibus actionibus 18.
I. N. N. Pecuniae exceptione 20.

14. O.
18. Ordinario processu iudiciorum ... 12.
20.

P.
Prolium actione - - - - 2.
Pactis tam genericis quam spe-
cificis - - - - 6.
Postulando - - - - 8.
Procuratoribus et defensoribus - 9.
Processu iudiciorum ordinario - 12.
Petitione hereditatis - - - 14.
Publiciana in rem actione - 15.
Personalibus servitutibus usufr.
usu et habitatione - - - 16.
Pecunia non numerata exceptio-
ne - - - - 20.
Conditione ex Promissis - - - 22.
Pecunia constituta - - - - 23.
Pignoratitia actione - - - - 24.
Prescriptis verbis actionibus - - 30.

Quib. modis ius p. potest solvitur.. 2	Restitutionibus in integrum 11.
	Rei vindicatione 15.
	Realibus servitutibus 17.
	Reconventionibus 25.
	Rerum divisione et acquirendo
	rerum dominio 31.
	Retractum iure 35.

Sy
Se
Se
Se
Se
Se
Se



11.	Solidationibus judicialibus...	5.	Transactione - - - - -	7.
5.	Servitutibus personalibus, usuf.		Testamento inofficioso - - -	13.
7.	usu et habitatione - - -	16.	Fidei iudicia condictione - - -	23.
5.	Servitutibus realibus - - -	17.	Tutela et Curatela - - -	37.
	Scto Macedoniano	20.		
	Scto Vellejano	25.		
	Sequestratione et deposito.	26.		
	Societate	27.		
	Successionibus anomalis..	32.		

U. J.
Unione prolium - - - - - 2.
d. in ius Vocando - - - - - 7.
Vindicatione rei - - - - - 15.
de usufructu et usu, item habi-
tatione, servitutibus psonalibus. 16.
Venditione et emptione - - - 28.

DISPUTATIO PRIMA,
**DE IVSTITIA
ET IVRE.**

QVA
PRINCIPIA IVRIS, TVM PHI-
losophica & Politica in genere, occasione *tit. 1.*
tum Historica. *tit. 2.* tum legalia & politica in
specie. *tit. 3. & 4.* sforum depanduntur.

QVAM
Diuinâ fauente Gratiâ.

PRÆSIDIBVS

Clarissimis & Consultissimis Viris,

D. PETRO OSTERMANNO, I. V. Doctore, &
D. ARNOLDO MAESS, SS. LL. Licentiato,
respectiue Dictatore & Fisco.

*In Florentissimo Celeberrima Agrippinensis Academia, Iuri-
dica Facultatis Collegio, pro virili, publice
defendere eritetur*

LVEFRIDVS ab Dostervick / Cluiâ-Cluiensis.
15. Februarij, Anno 1629.



I.

COLONIAE AGRIPPINAE,
Excudebat Petrus Metternich, prope Augustinianos.



94 A 7886

DISPUTATIO I.

De Iustitia & Iure.

THESIS I.



Iustitia (a) est constans & perpetua voluntas, (b) ius suum cuique tribuendi, (c) à qua ius appellatur. (d)

(a) Vocabulum Iustitiæ ordine vocum grammatico à Iusto rectè deriuatur, sicut à mœsto, mœstitia. *VVes. parat. h. t. n. 3. Diss. Alciat. 1. parer. 29* quod vim sistat, *Hotom. Instit. 1. Enunc.* quod in ea vis sistatur. Ius autem quod semper aequū & bonum est, rectè ius à *Iubendo* desumitur, *Donel. 1. comm. 4. in princip.* Notatione partim logica, si sumatur pro præcepto arg. *l. 2. ff. de ll.* partim grammatica, quia apud *Festum* Iura Iussa, Furia Fusia dicta sunt, arg. *tit. Instit. de Lege Fusi Canin. toll. Diss. Hier. Mag. 1. miscell. Connan. 1. comm. 2.* Alij à Ioue patre Iuris; alij per metathesin literarum, quasi vis, cui opponitur *l. 3. ff. h. t.* Alij quasi *Iov* vagum, vel à tragica eiulatione *Iò* dici volunt, (b) per metonymiam subiecti pro adiuncto, hoc est, voluntas pro habitu volūtatis, quasi iustitia semper cupiat suum cuique tribuere, *Mynsing. ad princ. Instit. h. t. n. 11.* Eleganter *Ferret. Ad verba perpetua voluntas. Stuck. exercit. Iustin. par. 1. Dec. 1. assert. 2. lit. F. Diss. Donel. in comm. 16. & 2. comm. 1.* qui per metonymiam effecti pro causa definire vult: Hinc quoque colligere licet Iudicis arbitrio non relinquendū esse quod in iure decisum, vel in terminis vel per probabilia argumenta expressum reperitur, sed illa duntaxat eius arbitrio committenda, quæ sub certa regula claudi non possunt, *Mench. in proem. de arb. iud. n. 5.* Proindeq; in iure nostro casum pro amico dari Neg. hunc casum pro amico, casum potius pro Diabolo appellat. *Schrot. diss. feud. 9. thes. 19.* Nam induenti personam Iudicis, exuenda est persona amici, quia fieri vix potest, vt non oculorum sensum & animum premat amor *Schrot. cit. loc.* Et ita iudicandus cuius vti peregrinus, *Deut. 1. vers. 16.* Nec debet esse respectus personarum, *Matth. 22. v. 16.* Quemadmodum sol enim non est alius diuiti, alius pauperi, sed omnibus communis: ita Iudex respicere personam non debet, sed rem, *Peck. ad Reg. Iur. in 6. Reg. 12. n. 4.* Dicuntur tales Iudices *χρησίδι- κες*, qui callent Dialectum Doricam, digni vt cum *Sifanne* ipsis viuus cutis detrahatur, & solio iudiciali superinducatur. *Peucer. in hist. Cambysis. Peck. d. loc. vide Thesaur. in Dec. Pedem. n. 32. & Dec. 89. n. 3.* Diss. *Tir. 27. de iure primog. quasi. 17. opin. 2. n. 5. Anch. 9. 32. n. 42. Plures d. sent. vide apud Thesaur. Dec. 206.* (c) *l. 10. ff. h. t.* quæ non de diuina, sed humana legali Iustitia intelligitur, Talia enim præsumuntur esse subiecta, qualia à prædicatis relinquuntur *l. 3. ff. de instr. & instrum. leg.* at subiectum humanum, non diuinum, ergo.

Et in *Novel. 69.* virtutibus humanis annumeratur. *Mynsing. ad princ. Inst. hic. n. 6. Faber. disp. 1. thes. 3. Hænon. disp. 1. thes. 3. D.ß. Coler. 1. miscel. 29.* nõ de virtute aliqua sed Dea definitionem accipiens, *Vult. Inst. h. t. n. 5.* Neq; vniuersalem sed particularem Iustitiam in iure nostro admittimus, illam Ethicis relinquendo *Alicat 1. parere 31. Corf. 3. indag. 1. c. 34. Cont. 2. lect. subsec. c. 7. in fin. Schneid. ad princ. Insti. hic. n. 3. Dominic. Arum. disp. Insti. th. 9. Disf. VV. c. in pr. Insti. h. t.* qui tamen à seipso dissentire videtur *in parat. ff. eod. num. 10.* Tribuendi potius quam (tribuens) voluntas à Iuris interpretibus legitur *Goed. disp. ad pand. 1. th. 1. lit. D. (d) l. 1. hic.* Non grammatica deriuatione numerante literas sed notatione logica ab ipsa re assumpta *Vult. Insti. h. t. Reuard. lib. 1. variat. c. 2. Vac. vac. lib. 1. declar. c. 31. n. 4. Sot. de Insti. & Iur. lib. 3. q. 1. Forst. disp. 1. thes. 17. Diff. Donel. d. l. 1. e. 4.* Neque absurdum est si quis dicat Iustitiam priorem esse Iure & posteriorem, priorem quatenus artem significat qua ad habitum comparandum vtimur, posteriorem quatenus ius in animo consistit, & notitiam significat communem in mente hominis natam & locatam.

II.

Ius à Iustitia deriuatum definitur à Celfo, Ars (a) boni & æqui (b). pinguius ab Vlpiano, diuinarum (c) & humanarum rerum notitia (d) iusti atque iniusti scientia (e).

(a) *l. 1. ff. h. t.* aliàs & crebrius prudentia *Vacun. declarat. 21.* vel quod ipso actu non fit ars, sed in artem redigi possit *l. 1. ff. de offic. Iud. & l. 1. ff. si cert. petat.* vbi à generalibus ad specialiora proceditur. Vel in genere ars dicitur pro scientia finita, quæ arctat infinita, *Gloss. in d. ct. princ. l. 1. h. t. lit. P. Disf. Bodin. in distrib. Iur. vniuers. & Hotom. in Inst. de Fidei c. hered. ad verb. Prius.* qui Ius Romanum vt singulare quiddam artis formam recipere posse negant, qui iam pridem à præcipuis Ictis, vt à *Nicol. Suorio in Præfat. lib. 1. disp. Civil. Corf. Corn. Althus. & c.* refutati sunt Tribonianeam formam in libris Iuris nostri extantem, veritate curiosius indagata, vix nomen artis mereri arbitramur. *Duaren. c. 2. in fin. Gothofr. in l. 2. ff. de stat. hom. Diff. Meuser. 1. opin. 1. Fach. præfat. lib. 2. controuers.* (b) quæ duo bonū & æquum coniungenda *l. 1. pen. hic. l. 3. ff. si certum petatur. Corf. de arte Iuris, 1. c. 14. & 15. & 2. Misf. ell. 18. Anton. Quetta. consil. 2. n. 8. Diff. Vult. Iurisf. Rom. c. 1. n. 1. Goelen. 1. probl. 29.* alioquin sæpissime à bono æquum seiungitur *l. Prospexit §. 1. ff. Qui. & à quib. m. inumisi.* & è contra bonum ab æquo. *l. Pla. et. C. de Iudic. quod etiam vsucapiones euincunt.* An æquitas (diuisionem æquitatis in scriptam & non scriptam, improbant, quia quamprimum æquitas scribitur lex esse incipit, *l. 17. in princip. ff. de vsur.*) rigori Iuris præferenda fit? *l. 8. C. de Iudic. l. 3. ff. de pos. l. 4. in fin. ff. quod cert. loc.* quandoquidè sub nimia Iuris subtilitate sæpe perniciosissime erratur *l. 91. §. 3. ff. de ver. obl. Pet. Costal. ad l. 1. ff. de iustu. 4.* refert quendam aduocatum ab inferis redeun-

tem

tem testatò prædicasse *l. Aurel. ff. de lib. leg. causam perpetuæ suæ damnationis esse*. Pro hac sententia eiusq; distinctione, latius vide *Donell. 1. comm. 13. Coras. part. 1. de art. iur. c. 15. Connan. 1. comm. 1. Dec. in l. in omnib. ff. de reg. iur.* ponentem aliquot regulas. *Aliter disting. Fachin. 1. controuers. 3. Aliter Bolognet. tract. de lege, Iure, æquitate, c. 34. Diss. Mynsing. 6. obser. 63. Robert. 3. sentent. 12. (c)* licet mirificè Dd. in hac definitione variant, Iurisprudentiam hic describi asserere possumus *l. 10. §. fin. & §. 1. Instit. hic. Trent. l. vol. 1. diss. 1. thes. 1. lit. (d)* Non quod theologica aut physica tractet; sed quatenus nobis Iura de reb. diuinis atque humanis proposita sunt arg. *l. 1. C. de Vet. Iur. enucl. Borch. ad §. 1. Instit. hic & Cuiac. n. 3. (e)* eundem in modum Dialecticam Stoici definierunt veri & falsi disceptatricem & iudicem, non quod falsa doceat, sed vera à falsis dijudicet. *Giphan. in d. §. 1. Instit. hic.*

III.

Huius iuris tria sunt præcepta: Honestè viuere, alterum non lædere, suum cuique tribuere (a) quæ singula referuntur vel ad vsum publicum, quod ad statum rei Romanæ spectat (b) vel ad vtilitatem priuatam, vnde ius priuatum ad singulorum vtilitatem pertinens (c).

(a) Non plura neque pauciora *l. 10. ff. h. t. §. 1. Instit. eod. Duaren. ad h. t. c. 2. Conan. 1. comm. 2. n. 10. Don. comm. Iur. Ciuil. quomodo hæc præcepta ab inuicem distinguantur, vide Bart. ad d. l. 10. §. Vacun. 1. declarat. 30. num. 4. præsertim Coras. de art. iur. Perinde igitur est siue dixeris cum Accursio, hæc Iuris præcepta spectare agentem eumq; vel ipsum (vt primum) vel cum alijs & hoc vel in omittendo (vt secundum) (vel in committendo (vt tertium) siue cum Vulteo §. ad d. §. 3. Inst. h. t. Primum pertinere ad hominem, qua homo, reliqua ad hominem, qua ciuè, vide tamen aliter distinguentes. Myns. Borch. VVesenb. d. §. 3. Al. ter. ibid. Hotom. qui duo priora contendit contineri sub posteriori. (b) quasi populicum dictum §. 4. Instit. h. t. quod olim propter Romani Imperij Ius quod ante Legem Regiam ad populum pertinebat; *l. 1. ff. de const. Princip. publica tantù dicta sunt, quæ populi Rom. erant l. Iura Ciuitatis cum l. sequenti. ff. de V. S. Adeone per l. Regiam publicù Ius sublatum? putat Reuard. 5. variat. n. 12. sane mutatum & aliud factum esse rectè dixeris, non vero sublatum Coras. 2. de arte Iur. ciuil. c. 2. VVesenb. parat. hic. n. 7. Domin. Arum d. ff. Instit. thes. 12. & consistit in Sacris, Sacerdotibus, creatione Magistratus ac deliberatione de rebus ad rempub. pertinentibus Budæus in d. §. fin. Alciat. in l. Pupillus. §. munus. ff. de V. S. Explicatur etiã illud Ius publicum passim in Digest. lib. 40. & 50. & in tribus libris Codic. posterioribus & in quibudam Nouellis. Confer Rutger. Rulant in corp. Iur. publici: Hodiernus status Imperij Romano-Germanicus depictus est in aerea Bulla Caroli IV. & magna parte recessu Imperij des. Reich. Abscheid. (c) Nō solitariè sed primario *d. §. fin. & d. l. 10. h. t.* ideoq; lex quæ vniuersalis sua natu-**

ra esse debet, omnes concernit / 8. *de legib. l. 3. §. 5. ff. de sepulchr. viol. Gail. de arrest. Imper. c. 9. n. 10.* sic reipublicæ interesse dicitur, ne quis re sua male v-
tatur §. *fin. Instir. de his qui sunt sui vel alien. Iur. & mulieres dotes suas ha-
bere saluas l. 2. ff. de Iur. dot.*

IV.

Boni autem & æqui illius, cuius ars est Iurisprudencia, ori-
go est, vel ex natura, vel institutis cuiusque ciuitatis, (a) si ex
natura inferiore (b) Ius naturale (c) si superiore (d) Ius gen-
tium dicitur. Gaius id vno verbo nominauit commune (f).

(a) Non omni vel omnibus, sed ijs tantum quæ vnaquæq; ciuitas appro-
bavit, confirmavit & sibi accommodavit vt de Romana ait *l. 6. h. t. & Vult. 1. Iurisp. c. 1. n. 16.* (b) homini quatenus animal est competens, & hoc ius in-
de ductum, naturale puta, semper immutabile est, §. *penult. Instir. de I. N. G. l. 8. & 118. ff. de Reg. Iur. Aug. lib. 19. de Ciuit. De. Arist. 5. Ethic. c. 7. D. ff. VV esenb. d. §. pen. Inst. de I. N. G. Bercholt. & alij ibid.* (c) primævum homini cum brutis commune *Princ. Instir. de I. N. G.* Et ex hoc iure defensio est *l. 4. ff. ad l. Aquil. l. 1. §. 11. ff. de quadr. pauper. fecisse dic. l. 45. §. ad l. Aquil. l. 1. §. 27. ff. de vi & vi arm. Arum. Disp. ad pand. 1. thes. 1. Hippol. de Mars in pract. crimin. §. Quoniam. n. 76. & in l. 1. in princ. Adl. Corn de sic. Diff. Donel. 1. comm. 10. Coras. de art. iur. p. 2. c. 8.* Ideo in defensione sui quis primum Ictum expectare non cogitur *arg. l. 1. C. quand. lic. se sine Iud. vind. Gail. lib. 1. de pace publ. c. 16. n. 21. P. H. Ordn. Art. 140. in fin.* Ist anch mit seiner Gegenwehr bis er geschlagen wird zu warden nicht schuldig. non inficiamus quidem defensionem, quatenus iniuria in bruta non cadentis, propulsatio iusta est, esse iuris gentium. *l. 3. ff. h. t. Zoan. ad d. l. 3.* vnde pro defensione pudicitia quis alterum occidere potest, *l. 1. §. 3. ff. ad l. Corn. de sic. l. 8. §. 2. ff. quod. met. causa.* vbi eadem ratio, ibi idem ius statuendum, *l. 108. ff. de ver. obl.* Nam sicut vita amissa restitui nequit, ita nec pudicitia, teste D. *Hieron. c. 32. quest.* audenter, inquit, loquar, cum omnia possit Deus, fuscitare Virginem post ruinam non potest; Id autem pro defensione rerum non licet, *Cæpol. Conf. 19. Couuar. ad clem. vnic. de homic. relect. p. 3. §. 1. n. 6. Diff. Plerique Arum. d. disp. ad pand. 1. thes. 5. Dec. in D. l. 3. n. 31.* Pro personis necessarijs & conjunctis concedimus, *Bald. in l. 1. C. vnde vi. Dec. cit. loc. n. 32. D. ff. Vaud. lib. 2. q. 19.* hæc omnia procedunt vbi defensio fuerit necessaria, *Wo eine rechte Nothwehr vor der handt ist & si fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, vide Ayres. in process. Belials. p. 1. c. 1. obs. 3. n. 16. & seqq.* hoc moderamen in quibus consistit *vide eundem n. 20. & Arum. d. d. sp. 1. thes.* De pœna excedentis moderamen inculpatæ tutelæ *Fach. 1. controuer. c. 32. Menoch. de arbit. lib. 2. c. 228.* Huius etiam iuris sobolis procreatio & educatio, adeo vt & à matribus nobilibus & illustribus liberi intra triennium lactandi sint. *Gueuar. lib. 2. horolog. princip. c. 23. & 24.* (d) homini vt ratione prædito conueniens, qua intelligit per se, vnde Ius gentium primæ-

uu 22

uum, vel per discursum, & Ius gentium secundariū dicitur *Myns. & Schneid. & Dd. in §. 2. Inst. de I. N. G.* Ex hoc iure gentium secundario, omnes contractus, excepta emphytheusi & stipulatione descendunt *l. 5. ff. de Iustit. & Iur. §. 2. de I. N. G.* Ex eodem Iure actiones, quoad originem, quoad formam, ex Iure Ciuiliu promanant *Myns. ad princ. Instit. de act. n. 4. Zaz. in l. 2. §. Ex his ff. de orig. Iur. D. ff. Bron. h. 2. cent 55 (e)* vnde rursus liquet, Ius naturale à Iure gentium, per duplicem hominis considerationem, qua homo & animal est distingui *vide Reuard. 1. var. 1. (f) l. 9. ff. hic.*

V.

Ex prædicta naturalium & ciuiliu institutionum forma, Ius ciuile Romanorum (a), lege (b), vel moribus (c) constitutum est, lege, ab eo cui eius condendi potestas fuit (d), vel quæ prius apud populū erat, vel omnem, & in specie legis (e) vel partem; sicq; plebisciti (f) & Senatusconsulti nomen obtinuit. (g) postea verò Principum placita in quos populus omne imperium suum transtulerat, pro legibus obseruata sunt (h).

(a) *l. 6. ff. h. t.* Ex eo quod amplissima illa Respub. Romana, in quartam Monarchiam deserit, quæritur An modernum Imperium Romano-Germanicum, sit Aristocraticum vel Monarchicum. Posterior Affirm. *l. 9. ad l. Rod. de iust. l. 3. C. de quadr. præscr. Arum. in discurs. de Iure pub. 2. Petr. Heig. p. 1. q. 2. n. 17. Diss. Bodin. lib. 2. de Repub. c. 2. n. 89.* Huius Iuris Ciuilis Romani, tanta auctoritas & amplitudo, vt Turcæ Codicem Iustinianæum, in sua lingua habere dicantur. Teste *Leunclao. in præfat. antiq. paratit. (b) l. 40. ff. de legib.* Ius hoc à consuetudine differt, in modo conueniendi vel iubendi *l. 5. ff. de ll. Ius scriptum dicitur, nō quod scriptura ad essentiam legis sit necessaria l. 1. ff. de const. Princip. l. 36. ff. de ll. vt vult & Vvesenb. in paratit. de ll. n. 5. Niell. disp. r. thes. 2. lit. A.* quia vocabulum (*scribere*) non pro nudis literarum characteribus, sed pro publica promulgatione sumitur. *Clar. §. feudum. q. 2. vide Arum. Exerc. Iustini. n. 1. thes. 16.* omnesque lex regulariter indistincte obligat. *l. 3. ff. de ll. idq; regulariter, post duos à promulgatione elapsos menses. Nouell. 66.* Ad præterita non trahitur, sed futuris negocijs formam & normam dat. *l. 18. in fin. C. de SS. Eccl. l. fin. in fin. C. de Decur. Gæddæus. ad l. 8. de V. S. Coler. part. 1. de process. execut. c. 10. n. 86.* vnde sequitur, pœnam legis nouæ grauiorem ad delicta patrata extendi non debere *arg. l. 42. ff. de ll. l. 9. ff. de Reg. Iur. (d) l. fin. ff. de Iurisdict. (e) lex in specie dicta §. lex Instit. de I. N. G.* Hodie in Imperio nostro Romano, vniuersalem legem condendi potestatem, conuocatis Electoribus, Principibus & Ciuitatibus Imperij, Imperator habet, quæ leges in scripturam redactæ & promulgatæ, appellantur recessus Imperij, vulgò *Reichs Abschiede. (f)* exemplum est *l. Aquilia, ab Aquilio*

Tribuno plebis lata l. 39. ad l. Aquil. (g) Senatus ergo ius facit l. 9. ff. de ll. s. 5
Instit. de Iur. Nat. G. l. 9 § 2. ff. de orig. iur. accedente scil. consensu Principis
 l. 1. de reb. eor. qui sub tit. (h) qui Dominus mundi appellatur. *Vulgò per l. 9. ff.*
ad l. Rod. de Iact. An autem ex plenitudine potestatis suæ, sine causa ius qua-
 situm alteri auferre possit, quæri posset? *Neg. Hart. P. fl. l. 9. 40. n. 12. Gail.*
2. obs. 56. Myns. 5. obs. 97. vide Affl. cit. in c. 1. §. Similiter potest. n. 13. de C. pit. n.
qui Cur. vend. Necessitatis verò & utilitatis publicæ causâ, Principem id
 posse non diffitemur l. 9. l. 14. C. de oper. publ. *Gail. cit. loc. n. 2.*

VI.

Princeps vel Imperator legibus solutus non est (a) se-
 cundum illas nihilominus eum viuere decet (b), Ius quod
 ipse constituit, dicitur constitutio (c) eaq; vel generalis (d),
 vel specialis quæ priuilegium nuncupatur (e) idque vel est
 personale vel reale (g).

(a) Quia quod princeps fuit ipse Deus facere videtur *Bald. in l. vnic. n. 2. C. ut quæ desunt aduoc. part. & lex animata in terris dicitur, Nou. 105. §. fin.*
 (b) l. 4. C. de ll. Eorum sententiæ qui illum ciuilibus solutum esse, nec de ne-
 cessitate, sed de honestate solum, & voluntario obsequio legibus parere
 dicunt, subscribimus l. 4. C. de ll. iuxta illud *Plinij in Panegy. c. 65.* Leges
 Principi nemo scribit, & c. 6. Illud in Principatu Beatissimum, quod nihil
 cogatur. Hanc tuetur *Pruckm. in S. soluta potestas. de Regal. c. 3. n. 80. Arrus. 1.*
Polit. c. 11. Alter Cuiac. 15. obs. 30. Aliter Coras. 2. Miscell. 25. Vasq. 1. controuers.
26. n. 15. Aliter deniq; post alios *Fachin. 1. controuers. 2.* An idem ad Impera-
 tores nostros extendi queat? *Affirm. cum Arum. discurs. 7. de Iur. polit. (c) S.*
6. Instit. de I. N. G. & C. l. 2. §. 1. de orig. iur. quæ à diuersis constituendi mo-
dis diuersa sortitur nomina Vult. Iur. sp. Rom. 1. n. 6. An rescripta ad lites sint
 perpetua, an vero annalia? Prius affirm. l. 2. C. de diuers. rescript. *Meno. h. de*
arbitr. iud. cas. 204. n. 1. B. rt. C. str. Ias. in d. l. 2. C. de diuers. rescript. Diss. Bald.
teste Felin. in C. si autem. de rescript. n. 1. communi nomine ac precibus ab v-
 no impetrata aliis non profunt. *Cyn. & Alberic. in l. 1. C. de diuers. rescript.*
Fachin. 8. controuers. 66. (d) ad cuius obseruationem tenentur. An & quate-
 nus lex politica obliget quem in conscientia vide *Vasq. Illustr. controuers.*
n. 11. & seqq. & c. 29. n. 1. (e) quasi lex priua siue singularis l. 2. & 3. C. de ll.
 propter utilitatem publicam, aut personæ vel rei circumstantiam data. *vide*
Old. lib. de iure sing. c. 1. (f) l. 1. §. 2. ff. de const. Princ. l. 2. C. de ll. vt illustri per-
sonæ Old. d. l. c. 9. Studiosis Auth. H. sbit. a. C. Nesil. pro patr. & ciuitatibus
concessum, de quò latè Mart. Carar. tract. de priuilegijs (g) l. 95. ff. de R. I.
vti piarū causarum, nobilitatis, paupertatis, &c. Beninc. Tract. sing. de priuili.

VII.

Licet olim Imperator ICTIS de iure respondere concesserit

rit (a), quorum sententiæ (b), vel opiniones (c) sortiebantur nomen Responsorum prudentum (d) hodie tamen Ictorū responsa auctoritatem important duntaxat probabilem nō necessariam (e).

(a) Sic primus respondit publicè Massurius Sabinus ita iubente Augusto, ceu Pomponius meminit. *l. 2. ff. de orig. Jur.* hodierno tempore auctoritate Cæsaris Icti in Academicis, quibus hoc specialiter indultū renuntiantur vide *Iacob Middendorp. Tract. de Academ.* Hinc exurgit nobilis Iuridico politica quæstio: An Dd. per saltum, vt loquuntur, vel Principum Diplomate Doctorati, & à Comitibus Palatinis creati, iisdem gaudeant priuilegijs quibus illi qui in publicis Academijs brabeuterijs designantur? *Affirm. Eberh. Speck. cent. 1. quest. 26. Socin. in Reg. Fall. cum ampl. Reg. 36. incip. Doctoratu. Guid. Pap. decis. 68. n. 3.* (b) cum assertiuè respondent. *S. responsa prudentum* (c) dubitatiuè respondententes *Bodin. lib. 3. form. pop. R. circa fin.* (d) quibus hodie sententiæ Camerae Imperialis, & in Gallia Parliamentorum arresta æquiparantur *Myssin. in d. S. Prudentum responsa.* Auctoritatem Glossæ magnam esse dicit *Baldus in l. Hereditas C. de pos. ad dens in l. fin. S. ne esiratem.* adhærens Glossæ & in perpetuum eris tutus; Illam non attendendam putamus, vbi communis opinio in contrarium extiterit *Matth. de Afflict. decis. 11. Rol. à Vall. Conf. 44.* vel si contra mentem legis allegetur *arg. l. 7. ff. de ll.* (d) Hinc Consilium duorum Doctorum authenticum pro se habens iustam habuisse litigandi causam præsumitur, neque tunc in causa succumbens in expensas litis erit condemnandus, vide *Curr. cons. 19. col. 2.*

VIII.

Communem Doctorum opinionem (a) in iudicando iudicem sequi oportere ex reipublicæ vsu didicimus (b) nisi menti legis (c) è diametro aduersetur, aut errori notabiliter subiaceat (d) sententiam contra communem opinionem non esse ipso iure nullam assero.

(a) Communem dico illam quam plures grauioresq; accipiunt *c. in Canonibus 19. distinct. Petr. de Rau. in aureo suo alphabeto lit. O. vers. Communis opinio* (b) *facit. l. 4. in princ. ff. de his qui not. infam. l. 12. S. 27. ff. de instruct. vel instrum. leg.* maximè suffultam bonis auctoritatib. *Ang. Berou. quest. 92. Diss. Zar. in l. 1. ff. de orig. Jur.* (c) Doctoris testimoniū de cōmuni opinione attestantis præsumptionem parit, vt ei tam diu standum, donec contrarium probatum sit *Corat. de comm. opin. tenenda. tit. 7.* (d) fecit quod illa duntaxat dicatur nulla, quæ contra leges, Senatusconsult. vel Principum Constitutiones fertur *l. si expressum. ff. de appellat. l. 2. C. Quando prouoc. non est necesse.*

IX. Con-

Consuetudinis materiam perstringens eam definitio (a) quod sit ius (b) non scriptum (c) tacito populi (d) consensu (e) constitutum, præualens legi scriptæ, eamq; vincens (f), & ab eadem vincitur (g) Doctori vero de consuetudine seu vsu communi attestanti etiam excellentiori fides non est adhibenda (h)

(a) Consuetudo, mores, ritus & stylus, qui differant, vide *Menoch. lib. 2. præsum. C. 8. n. 2. & seqq.* sæpe in iure promiscue accipiuntur *l. 32. & 37. ff. de ll.*
 (b) requisita consuetudinis summa, sunt quatuor, inter quæ primum, ut rationabilis, *das eine gute vnd vernünftige Gewonheit seye/ Vir. lib. 1. comm. opin. verb. consuetudo Crauet. conf. 96. Gail. 2. obs. 31. Myns. obs. 6. & 41. n. 3. & S. sine scripto. Inst. de I. N. G. ibid. Schneid. Diff. Bald. in d. l. 32. ff. de ll.* vnde consuetudinem illam improbamus, quod naufragio facto, bona quæ erant in naui, cadant in commissum, & ad dominum loci, cuius est flumen, pertineant *Auth. Nauigia C. de furt. Gail. 1. obs. 19. n. 1.* An mala consuetudo excuset à poena? Neg. imo grauius puniendi sunt *per c. flagitia caus. 32. q. 7. c. 1. dist. 6. caus. 33. arg. 16. ff. de pœn. Diff. Hippol. de Mars. in pract. crim. S. quoniam. n. 97. & seqq.* vbi refert, Consuetudinem Bononiæ esse, qua pueri 16. annorum vel infra, se lapidibus inuicem petere possint, & si casu vnus alterum occidat, quod à poena excusetur, (c) quod in scripturam redactum, consuetudo esse non definit *Gail. d. obs. 31. n. 10. Vulr. 1. Feud. n. 4. Diff. Guid. Pap. decis. 91. n. 2. vide thes. 5. precedentem, lit. B.* (d) Collegia priuatorum consuetudinem facere possunt, sed talem, quæ faciat ius inter ipsos tantum *l. fin. C. de Iurisd. omn. Iud. Zaf. in d. l. 32. ff. de ll.* hæc potestas parti Ciuitatis, qua pars est, non conceditur *Conan. 1. Comm. 10. n. 7.* (e) qui ex diuturno tempore quod in Iure plerumque est decennium, præsumuntur. *Port. in S. Ex non scripto Inst. de I. N. G. n. 4.* quantum tempus ad introducendam consuetudinem requiratur, commodius est dicere, relinqui Iudicis arbitrio. *Menoch. 2. de arbit. cas. 38. n. 6. Diff. Curt. conf. 118. n. 6.* Plura vide apud *Menoch.* hic quoq; consensus, ex pluribus actibus colligitur, quorum duo sufficiunt, *Bart. in d. l. 32. Gail. d. obser. 31. n. 7.* etiam extraiudiciales *Mynsing, cent. 6. obser. 41.* (f) vide pulcherrimè *Port. cit. loc. n. 10.* (g) quia est facti, quod non præsumitur nisi probetur *l. 2. ff. de Iur. & facti ign. Diff. Ozasc. decis. 141. num. 16.* Exinde tamen præsumptionem induci, quæ onus probandi transferat in aduersarium, non nego. *Crauet. consil. 725. Aliter Menoch. de arbit. cas. 36. n. 94.* (h) cum probanda sit, vel ex inspectione Documentorum publicorum *l. fin. C. de Iur. dor. vel testibus ad minimum duobus. l. 1. ff. de testib. Cuiac. 26. obs. 1.* vide latè *Mascard. vol. 1. de probat. concl. 424.*

Ad coronidem hæc breuiter de statutis quæ maximam cū legibus habent affinitatem, (a) vnicuique autem Magistratui in suo territorio illorum condendorum est facultas (b), illis omnes eiusdem territorij obligantur (c) extranei, tum denique, quando vel ratione contractus, aut delicti forum apud statuentes sortiuntur (d) Imò vltima voluntas secundū statutum loci debiti facta extra territorij fines valet (e).

(a) Regulariter leges non sunt, nec legis appellatione propriè veniunt; tunc quia facti sunt, & in facto consistunt; leges autem Ius sunt, quæ in Iure consistunt, §. 3. *Inst. de I. N. G.* tū quia leges sunt alicuius reipub. & vniuersi pop. l. 1. & 2. ff. de ll. vide l. 3. §. 5. ff. de sepulc. viol. l. 37. ff. de reb. auth. iud. poss. aliàs appellantur leges municipales, *Wiltshir*/Debent tamen statuta quoq; esse rationabilia, ideo illud non valet. vt quod vnus cepit, alicui perficere non liceat, *Was einer auß den Zunffigenossen angefangen oder zugeschnitten/ ein ander nicht außführen dñsse*/reprobat enim l. vnic. C. de monopol. *Crot. ib. n. 12.* talia statuta etiam in Gallia reprobari testatur *Rebuff. ad constit. Regni Gallie. lib. 2. tract. de magistr. artis. art. 4. Gloss. 2. n. 18 & seq.* (b) arg. l. Omnes pop. ff. de Iustit. & Iure. vide *Schneid. in §. Ius autem ciuile, n. 14.* (c) quin imo ipsi statuentes, quis enim aspernabitur idem ius sibi dici, quod ipse alijs dixit vel dici effecit l. 1. ff. *Quod quoque Iur. ibid. Bart.* (d) l. 1. vbi de crimin. agi. *No. uel. 96. c. 1.* Statuta laicorum non ligant clericos. *Auth. Cassa C. de SS. Eccles. & ibi Bart. n. 2.* exceptis feudis. (e) *Myns. Cent. 5. obs. 20. Gail. 2. obser. 123.*

COROLLARIA.

1.

Ex l. 3. ff. de Iust. & Iur.

Excessum committens, & moderamen iuculpatæ tutelæ in defendendo excedens, non ordinaria, sed extraordinaria pœna est afficiendus: l. 14. §. 6. ff. de bon. lib. l. 38. §. 8. ff. & l. 4. C. Ad l. Iul. de adult. coërc. *Gomez. var. resolut. 3. n. 24.*

2.

Ex l. 10. §. 1. ff. de Iust. & Iur.

Ἀνεπιτέμω, de iure Ciuili, (quamuis de iure diuino & canonico, meritò damnata sit) licitam esse, saluo aliorum iudicio, exercitij gratia defen-

defendam, arg. l. 7. §. 9. ff. de pecul. l. 1. C. de bon. eor. qui sib. mort. consc.
Menoch. 2. A. I. Q. Cas. 284. num. 16. & seqq. Aegy. Hortens. ad §. pen. Inst. de
Inst. & Iur.

3.

Mala consuetudo, neque ex longo tempore, neque ex longa con-
suetudine, confirmari potest: nec vim consuetudinis habet, sed vsur-
patio dicitur. l. 1. C. quae sit long. consuet. c. consuetudinem. 11. dist. Stracha de
mercator. i. de Sponsonib. fol. 230. num. 7.

4.


Statuta terrarum, pro maiori parte, consistunt magis in, sic volo,
siciubeo, quam in modulari ratione Bald. in c. 1. in vlt. verb. de alien. feud.
Catell. Cort. in mem. verb. statuta. Statuta enim debent interpretari proprie
& strictè Catell. Cort. d. loc. verb. Statuta debent: vbi limitat id duobus mo-
dis. Primò, si statutum sit fauorabile. Secundò, quando per strictam
interpretationem nimis coangustaretur ius ciuile. Cothman. conf. §. n. 77.
& seq. vol. 1.




X 2874408

94 A 7386


VD 17





B.I.G.

Farbkarte #13



DISPUTATIO PRIMA,
**E IVSTITIA
ET IVRE.**

QVA
INCIPIA IVRIS, TVM PHI-
fica & Politica in genere, occasione tit. 1.
Historica. tit. 2. tum legalia & politica in
ecic. tit. 3. & 4. sfforum dependuntur.

QVAM
Diuinâ fauente Gratiâ.
PRÆSIDIBVS
Clarissimis & Consultissimis Viris,
TRO OSTERMANNO, I. V. Doctore, &
RNOLDO MAESS, SS. LL. Licentiato,
respectiue Dictatore & Fisco.

ntissimo Celeberrime Agrippinensis Academia, Iuri-
dica Facultatis Collegio, pro virili, publicè
defendere enitetur
FRIDVS ab Dostertwicz / Cliuiâ-Cliuensis.
15. Februarij, Anno 1629.



COLONIAE AGRIPPINAE,
cebat Petrus Metternich, prope Augustinianos.